

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 7185

**Autre(s) référence(s) :** Round 755

**Auteur(s) :** Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Le Mont-Saint-Michel, Le Mont Saint-Michel (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1174, 23 juin-1176, 19 octobre]

**Lieu d'émission :** Ludgershall

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation par Henri II des donations faites à l'abbaye du Mont-Saint-Michel par ses ancêtres les ducs Richard II, Robert fils de Richard II, le roi Guillaume Ier et le roi Henri Ier.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° DI, t. 2, p. 51-52.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, n° 755.

## Dissertation critique

« 23 juin 1174 – 19 octobre 1176 ; probablement 1175 » : sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 2, p. 51-52.

Texte établi d'après a

H., Dei gratia rex Anglorum, et dux Normannorum et Aquitanorum, et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciis, vicecomitibus et omnibus ministris et fidelibus suis totius terre sue citra mare et ultra, salutem.

Sciatis me concessisse et presenti carta confirmasse abbatie Montis Sancti Michaelis in periculo maris, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes donationes quas eis rationabiliter fecerunt antecessores mei, scilicet comes Richardus Secundus et Gonor comitissa mater ejus, et comes Robertus filius predicti Richardi, Willelmus rex Anglorum filius ejusdem Roberti et rex Henricus filius ejus, in terris et ecclesiis et decimis et redditibus et in omnibus aliis rebus, presertim in hiis omnibus de quibus in presente saisiti sunt, sicut carte donatorum testantur. Concedo etiam predictae abbatie et monachis ejusdem abbatie et hac carta mea confirmo quicquid ego ipse eis dedi in liberam et perpetuam elemosinam, et omnia que eis ab aliis rationabiliter data sunt vel data fuerint. Quare volo

et firmiter precipio quod predicta abbatia et predicti monachi habeant et teneant omnia que ab antecessoribus meis prenomnatis vel ab aliis eis rationabiliter data sunt, et quicquid egomet eis dedi in elemosinam, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco et plano, in pratis et pasturis, in aquis et molendinis, in vivariis et piscariis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et aliis rebus ad illa pertinentibus, bene et in pace, libere et quiete, plenarie, integre et honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus suis, sicut carte donatorum suorum testantur.

Testibus : Joscelino Saresberiensis, Henrico Baiocensi, Reginaldo Bathoniensi episcopis, comite Hugone Bigot, comite Willelmo de Arundel, Ricardo de Humetis constabulario, Willelmo de Humetis filio ejus, Willelmo Trussebut, Willelmo de Stutevilla, Willelmo Filio Johannis, Johanne Malherbe, Radulfo Filio Stephani.

Apud Lutegareshele.